

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes
aliquot**

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula II. Agere & Pati est inter contraria

urn:nbn:de:bsz:31-102400

REGULA II.

*Agere & Pati est inter contraria. Lib. I. de
ort. & inter. c. VII.*

I. Notandum primò , bifariam hoc posse telligi: primò de mutationis sive actionis & passionis terminis , quod scilicet termini à quō & ad quem sint contrarii , quemadmodum calidum frigidō sit, & vice versa. Secundò de agente & tiente, quod hæc inter se contraria sint, sicut adum in frigidum agit, & frigidum vicissim adum. Et hic sensus est hujus loci.

II. Secundò, non contrariis tantum, sed quæ media inter illa sunt, competere agere & pati. Unde hoc aut addendum est propositioni, quod fecit Aristoteles, quando loco cit. inquit: *tum in contraria, tum quæ inter ea media sunt, inter se mutationem activa & passiva esse constat.* Ferè enim sub contrariorum tantum extrema , ut album & grum complectitur, non etiam media, ut flavum pallidum. Ita in Categorìa qualitatis dicitur, *aut pallido, aut hujusmodi coloribus nihil est contrarium.* Vel sub contrariis ipsa media comprehendenda sunt. *Est enim medium quodammodo ipsa extrema.* Quapropter & hoc ad illa, & illi hoc quodammodo contraria dicuntur, cùm medium gravis ad ultimam dicatur , & acuta ad maximam. Fuscum etiam album ad nigrum dicuntur, *nigrum ad album,* ut habetur V. Phys. t. 6.

RECTA

11

txt. 50. cit.
mine conti-
tur: Non q
aut contrari-

III. Qua-
rietatem h
tamen alii
contrariar
bus contra-

IV. Ter-
esse angust
contrariar
ut sit tantu
dum visus
sionem alb
bedini, sec
quam ab o
vè oppositi
similia tan
brosum.

V. Hir
ort. & int
ruit, & dif
pati; quo
agunt: a
formæ, p
positi esse
ma positio
L.II. de a

txt. 50. cit. c. VII. L. I. de ort. & inter. media nomine contrariorum venire videmus, quando dicitur: Non quodvis agere & pati natum esse, sed quæ aut contraria sunt, aut contrarietatem habent.

III. Quanquam enim Philoponus per contrarietatem habentia vult significari media; rectius tamen alii videntur per ea intelligere subjecta contrariarum formarum, ut ignem & aquam, quibus contraria insunt.

IV. Tertiò, præsentem Regulam præcedente esse angustiorem. Nam sit, ut agenti patiens sit contrarium, ut dum calidum in frigidum agit; sit, ut sit tantum privativè oppositum, quemadmodum visus à visibili patitur. Oculus enim ante visionem albi non est imbutus colore contrariò albedini, sed in eō est tantum privatio speciei albi, quam ab objecto postmodùm recipit. At privativè opposita, licet contraria propriè non sint, dissimilia tamen dici possunt, ut luminosum & tenebrosum.

V. Hinc Aristoteles in *sæpius cit. c. VII. L. I. de ort. & inter. & L. II. de anim. t. 43.* utrumque assertuit, & dissimile à dissimili, & contrarium à contrario pati; quod ibi sermo ipsi sit de iis, quæ mutuò in se agunt: ad quod non sufficit in paciente privatio formæ, per quam agens agit; cum privatio non possit esse principium agenti; sed requiritur forma positiva formæ agentis contraria. At in *t. 54. L. II. de anim.*, ubi de passione sensus à re sensibili

FF. 3 agit,

a. Lib. I. di
hoc posse
ctionis & pa
ni à quô &
um calidum
agente &
int, sicut a
cissim in al
am, sed &
agere & pa
titioni, qui
quit: tūmu
inter se mu
nim sub vo
at album &
a, ut flavu
s dicitur, fl
nibil esse
media comp
quodammodo
illa, illa,
, cum medi
acuta ap
um dicin
yf. t. 6. Et
n

agit, id repetit tantum, dissimile à dissimilipati, non autem, contrarium à contrario, quia, ut modò in visione ostensum est, ibi tantum est privatio coloris sine materiâ recipiendi à patiente, oculo scilicet, non etiam contrarietas.

VII. Ex quo textu, ut & seq. 62. evidenter etiam perspicitur, appellationi dissimilitudinis sufficit formam & privationem ejus.

VIII. Ex quibus efficitur, omnia illa, quæ non continentur sub ambitu Regulæ præced. de quibus §. XLV. & seqq. neque sub hujus sententiâ comprehenduntur, cum quod à latiori excluditur, à angustiori non possit contineri. Sicut quod in animalium genere non concluditur, multò minù in specie hominum numerari potest. Imò cum, ut diximus, restrictior sit, non ad omnia pertinet, quæ præcedens complectitur; sanè non ad unum agens univocum. Illuminatum enim corpus illuminat aliud: cum tamen lumini nihil sit contrarium, sed tantum tenebra, quæ privatio summi opponantur. Et si doceat quis Geometriam eum, qui ne terminos quidem Geometriæ cognoscit, quæ dicitur ignorantia puræ negatio, agens univocum est; cum eadem, quæ ipse docetus est, cum scientiâ instruat, nec tamen in discente hic est qualitas Geometriæ habitui contraria. Ita igitur rem hanc definimus: Omne agens, quæ à patiente vici simpati aptum est, patienti est con-

tariū. Ve
datur re

I. Cal
sa princip
Conimbi

II. A
locô ma

marium. Vel, inter quaecunque agentia & patientia
datur reactio, illa sunt contraria. Loquimur
autem de motu alteratio-
nis.

COROLLARIA.

I. Calor in generatione caloris est cau-
sa principalis, contra Petrum Fonsecam &
Conimbricenses.

II. Anticeat genus affectionis ponere
locô majoris extremi in demonstracione?

